

Ethica Amoris, Sive Theologia Sanctorum, Magni Praesertim Augustini, Et Thomae Aquinatis

Circa Universam Amoris & Morum Doctrinam, Adversus Novitias Opiniones
Strenuè propugnata, Et In Materiis Principaliter Hodie Controversis
Fundamentaliter discussa

De Sacramentis In Genere Et Specie - Libros Octo Complectens

Henricus, de Sancto Ignatio

Leodii, 1709

Caput 209. Pœnitentiam gravem, pro mortalibus à Confessario impositam,
pœnitens suscipere & implere tenetur sub mortali. Imò si pro iis leviorem
Confessarius imposuerit, pœnitens ad ampliorem ...

[urn:nbn:de:hbz:466:1-73212](#)

ipis debet injungere, & talem, quæ faciat ipsos
affici sensu gravitatis feeda libidinis sue. Qui
enim secus faciunt Confessarii, in causa sunt,
quod impudici homines, ex levitate penitentia,
peccat. Iua leviora reputantes, eorumque proximis
de gravitatem non sentientes, in eadem, vel gra-
viora relabuntur. Talis itaque penitentia est ipsi
injungenda, ut sentiant tam difficile esse à peccata
isto resurgere, quam facile in illud cadere, ex-
perianturque verisimum esse, quod pius è Societate
Theologus, Paulus Zchenner in suo male-
spí Promotorio l. 3. §. 2. dicit: *gemmaula ista
caelestis gratie, cuius jacturam facit impius ve-
nator libidinis sue, timet recuperari sibi, non tam
obvenit, nisi multum fidanti, & gementi, & ad-
lenti, & deprecanti, &c.*

²⁵⁹⁴ Nec zelus & vigilans Confessarii solam esse
debet, ut injuncta penitentia serviat ad Deum pla-
candum pro peccatis præteritis, sed & ut præser-
vet a futuri, cum in finem ipsi præscribendo
(prater jejuna) elemosynas, orationes, pias
confiderationes, frigam occasionum, humilitati-
que & misericordia opere, seu opera pietatis ad
impetrandum donum castitatis, extinctionemque
fæciæ cupiditatis.

²⁵⁹⁵ Et quia tanto gravius peccat infamis venator li-
bidinis sua, quamlibet majoris est dignitatis, tanto
severior ipsi penitentia injungenda est. Ita Concilium
Nimociense (in Cypri) anni 1298. cap. 4.
Et Concilium Anglicanum (sub Edgardo Rege)
circa annum 969. tit. de Confess. a. 3. quia ut
Chrysostomus ait de Sacerdot. "offendere volens
Deus hominum peccata longè majori suppliciis
expiare, dum à Sacerdotibus, quam dum à
privatis fiunt, mandat (Levit. 4.) ut tantum
dem à Sacerdotibus, quantum pro univerlo po-
pulo, Sacrificium offeratur. Quod quid aliquid
significat, quam Sacerdotis vulnera majori me-
dicamento atque auxilio indigere, atque adeo
tanto, quanto conjuncta simili universi populi
vulnera indigent. Porro majori nequaquam in-
digerent, nisi cagraviora forent. Atque gravi-
ra certè fiunt, non natura ipsa, sed Sacerdotis,
qui ea committerit, conditione & dignitate." Et
ideò Presbyter, in fortificationem lapso, veteres
Canones penitentiam decem annorum, Episco-
po vero quindecim annorum imposuerunt. In
extracto S. Caroli ad 10. præcept. si Episcopus con-
cupisit fornicari, penitens erit annos septem. Si
Presbyter, annos quinque. Si Diaconus, aut Mo-
nachus, tres: è quibus unum in pane & aqua. In
extracto Reginonis l. 2. c. 250. Presbyter, si oculi
fuerint feminam, per immundum desiderium
sensualitatis ex ipso oculo, non autem fornicatio-
nis (aliis penitentia debet quinque annis, ut pro-
xime dictum est) viginti dies peniteat.

C A P U T C C I X .

*Penitentiam gravem, pro mortalibus à Confessa-
rio imponam, penitens suscipere & implere
tenetur sub mortali. Imò si pro iis leviorem
Confessarius imposuerit, penitens ad amplio-
rem peragendam obligatur.*

²⁵⁹⁶ R atio prioris partis est, tum quia una ex con-
ditionibus bona confessionis est ut sit parere
parata, id est facta animo parenti judicio ac sen-
tentia Confessarii. Tum quia obediendum est omni
Superiori legitimo præcipenti: obediendum
proinde Confessario tanquam legitimo Judici: ac
per consequens legitimo Superiori. Tum quia, cum
penitentia imponenda sit secundum legem Dei &
Ecclesiæ, sicut eam Judge sacramentalis lege di-
vinâ tenetur imponere; sic & reus suscipere ten-
etur & implere. Itaque si suscipere renuit, vol. si ex

negligentia omisit, cum proposito non faciendo id
quod sibi est injunctum pro mortalibus, mortaliter
peccat, ait S. Antoninus 3. p. tit. 14. c. 18. §. 19.
Ita etiam D. Bonaventura in 4. dist. 16. q. 1.

Hinc sequitur primò, absolvendum non esse,
qui justam penitentiam non vult suscipere. Cum
abolivi negqueat, qui in ipsofect sacramentali judi-
cio mortaliter peccat. Et qui si affectus est, ut ha-
penitentiam agere nolit, sed fari pati in purgatorio,
non est purgatori peccatis expiandus, sed perpicio
infernū igne concremandus, ut docet S. Caius
hom. 37. quæ nunc est in Appendice sc̄m. Au-
gustini sc̄m. 104. Vide supra num. 1224.

Sequitur secundò, falsissimam esse penitentiam,
qua dicit, nullam satisfactionem imponendam
penitentem, cuius-tanta est imbecillitas, ut nullam
sit acceptatur. Si enim nullam sit accepta-
tur: non est debitè contritus. Recède proinde
Gaspar Loart è Soc. Iesu (a S. Carolo Borro-
mæo Act. p. 4. commendatus) Instruc. Confess.
cap. 9. si Confessarius tolerabilem impugnari peni-
tentiam, nec tamen eam penitentem admiserit, me-
jusque aliqua ex causa recusaret, est quidam pu-
tant, nibilominus absolvendum, ne desperant ab-
eat; ego tamen non absolvendum judicarem. Quia
qui sibi affectus est, ad absolutionem consequendam
non est dispositus, eritque melius, ut male contem-
tus, quæ deceptus abcedat....

Sed tamen non videtur sibi posse facere, vel nimis
difficile (aī S. Antoninus loco citato) propter
quod petat sibi compitari, faciat Confessarius ut
dictum est cap. 205. §. 4.

Ratio posterioris partis est, quia cum ex lega
divina peccator teneatur ad dignos penitentia fru-
ctus, illos Confessarii non praescribat, agit
contra Evangelii vigorem, contra Domini ac Dei
legem, ut Cyprianus dicit. Non ergo sententiam
Confessarii tunc acceptat Deus. Sicut enim Deus
accepte non sunt absolusiones omnes suorum Lo-
cumtentium: ita nec omnes penitentiarum im-
positiones. Per talen proinde sententiam Confess-
arii, penitens non liberatur ab eo, ad quod di-
vinâ legi teneatur. Unde meritò sanctus Thomas
quodib. 3. q. 13. a. 1. peccator est debitor aliquis
iatisfactionis dupliciter. Uno modo, ex injunctio
Sacerdotis. Alio modo ex peccato commissi: unde,
si contingat quod Sacerdos minus satisfactionem
imponat penitenti, quamvis illa, ad quam obligatur
ex quantitate sui peccati, subtrahit ex quod remis-
titur virtute clavium, & contritionis precedenti,
nihilominus penitens ad aliiquid alterius obligatur.
Quod si in hac vita non perficiet, in purgatorio ex-
solvet. Ad quod tandem solutionem voluntari
differe, cit contra legem charitatis propria, nec
minus infamum, quamvis curari non valens à
morbo letalib, nisi vena apertio, vel brachii
abscessio, secundum voluntari eligeret. Con-
fer quæ dixi cap. 94. Nec te movent, qui con-
tra hæc allegantur a Suarez, Meratio, & aliis.
Quia nullus sunt momenti, nec sat conformia
sacris Litteris, nec Theologia Sanctorum. Cui
inhærens Jacobus Cardinalis de Vitriaco sc̄m. 3.
de Evangelio Domini, in Alibi: Si Sacerdos (in-
quit) pro jejuno unius diei ab omni pena crimi-
nali absolvit, non approbat in Curia celesti,
sed tam Sacerdos, quam illæ quæ indolenter patet
absolvere, in foveam cadunt. Illi residuum peni-
tentia in purgatorio supplebit, & Sacerdos pro
indolentie penitet. Hinc si talen Confessarii
peccator ex proposito querit, qui levissimam peni-
tentiam pro gravissimi peccatis imponit, ambo
cadunt in foveam inferni. Vide quæ circa hoc
dixi cap. 205. §. 2. & 3. Vide etiam tractatum
sacerdotalem (quem Stephanus Episcopus Posna-
iensis, ab omnibus Pastoribus suis habet, & ob-
servari voluit) cap. de Sacram. Penit. ubi con-

cludit: vide ergo, quicumque judicas secundum caput tuum, injungendo paenitentiam, non taxatis circumstantis; quia in magno periculo es, decipiens te & paenitentem, si arbitris aliter paenitentiam, quam Spiritus sanctus dictavit, illi paenitenti imponendam.

²⁵⁹⁹ Paenitentia sunt quidem arbitriae, hoc sensu, quod juxta veteris Ecclesie disciplinam non sunt necessarii imponenda; non sic tamen ut Sacerdos eas imponere possit secundum besplacatum suum, sed secundum placitum Dei, regulaque iustae discretionis; in toto non abjicendo veteris Ecclesie rigorem, sed ad eum, quod fieri potest, accedendo, spectata gravitate criminum, & facultate paenitentium.

CAPUT CCX.

Paenitentiam ab uno Confessario impositam aliis Confessoriis mutare non potest, nisi causa cognita, & graves ob causas.

²⁶⁰⁰ RATIO sumitur ex Tridentino sess. 14: c. 5. quia constat, Sacerdotis iudicium hoc, incognitam causam, exercere non posse, neque aquitatem impensis injungendi, vel moderandi, aut commutandi servare. Ufus tamen & praxis Ecclesie hanc Confessarii potestatem tribuit, dummodo discreta, causa cognita, iustamque ob causam id fiat. Ita S. Raymundus lib. 3. §. 66. & S. Antoninus 3. p. tit. 14. c. 15. Quia plerisque id expediri animarum saluti, pro qua Sacramentum est institutum.

Nec tamen id extra Sacramentum fieri debet, sed in Sacramento. Cum sit actus iudicij sacramentalis, seu jurisdictio clavum ligandi & solvendi, quae nonnulli in Sacramento exercetur. Nec idem par in parem exercet imperium, sed in subditum, seu paenitentem, secundo Confessario iterata priori confessione & subiecitem. Nulla proinde hic intervenit appellatio, sed iterata dumentata causa subiectio, facta aequali Judici, eamdem habent potestatem moderandi, vel commutandi, quam primus Confessarius habuit. Nisi paenitentia imposita fuerit ob peccata reservata. Quo cau ab eo solo moderari commutative potest, qui in reservata habeat potestatem.

²⁶⁰¹ Ipse tamen paenitens non potest eam in aliam, licet maiorem, propriâ mutare autoritatem. Cum propriâ autoritate solvere nequeat vinculum, quo ligatus est per legitimum Judicem.

Similiter propriâ autoritate substituere sibi alium non potest, qui paenitentem (v.g. peregrinationem) loco suo adimplat, sed eam perfonnali adimplere debet, ut declaravit Alexander VII. in damnatione propositionis 15. inter 45.

CAPUT CCXI.

Paenitentia imponenda est per modum precepti, non ex toto per modum consilii.

²⁶⁰² Quidam imponenda est ex potestate ligandi. Qui autem nihil praescribit, sed solum confundit, non ligat.

Pars tamen paenitentiae consultive imponi potest, vel disjunctive injungi, dicendo v.g. fac hoc, si potes; si non potes, facias istud. Sic enim Sacerdos adhuc ligat ad alterutrum. Ita S. Thomas quodlib. 3. q. 13. art. 1. ubi etiam docet, quod opus quod quis facit ex intentione Sacerdotis, dupliziter valeat paenitenti. Uno modo ex natura operis. Alter modo ex vi clavium. Cum enim sacerdotio, à Sacerdote absolvente iuranda, sit pars paenitentiae, manifestum est quid in ea operari vis clavium, ita quod amplius valet ad extirpationem.

Tom. III.

dum peccatum, quara si proprio arbitrio homo faceret idem opus.

Unde concludi, utilissimum esse & expediens, ²⁶⁰³ quod Sacerdos post injunctam paenitentiam, datumque absolutionem, dicat paenitenti: quidquid boni feceris, & mali inflimeris, sit tibi in remissione peccatorum, &c. quodque hec omnia ipsi paenitentia injungat. Quia hec omnia quae per injunctionem expressam fuit (paenitens) accipiunt majorem vim ex illa generali injunctione, tametq; indeterminata. Ita etiam S. Raymundus apud Nicolaum de Aufino in Supplemento Pisanelle verbo paenitentia 2. S. Antoninus 3. p. tit. 17. c. 20. ante §. 1. S. Vincentius Ferrerius Dominic. 15. tert. 2. §. quantum ad quartum. Joannes de Burgo in Pupill. ocul. c. 10.

Utilissimum quoque erit paenitentem hortari, ²⁶⁰⁴ ut quotidie, & frequentius externo Patri maxima cum fiducia pro peccatis suis offerat. Unigeniti sui passionem, pretiosumque sanguinem, in coquise fordeisque suas laver, atque inde speret supplementum ejus quod deest sue imperfectioni atque infirmatii. Est enim modus optimus evitandi purgatorium, vel salem longissimum acerbissimumque purgatorium in brevem & levem commutandi, ut Christus revelavit S. Gertrudi, & S. Mechtildi, & B. Henrico Sulzoni, prout videre est in eius vita c. 42. & in vita S. Gertrudis 1. 3. c. 18. & S. Mechtildis 1. 1. c. 17. 18. 30. 1. 3. c. 14. l. 4. c. 21. &c. Videri potest etiam Ludolphus de Saxonia in vita Christi p. 2. c. 58. Lansbergius 1. 2. alloquiorum Jesu Christi ad animam fidelem p. 1. c. 4. & 5. Blotius in farrag. utili. institut. tit. hæc sunt notata digna. Necnon in Specul. spirit. c. 7. & 9. Et lib. 2. Enchirid. parvul. in Append. docum. 3.

Addit Albertus Magnus, devotam & quotidiam Dominice passionis recordationem, cum simplici humiliique corde, fiducia in meritis illius, oblatione pro peccatis, gratiarum actione, & imitationis proposito conjunctam, plus homini valere, quam totius anni jejunium in pane & aqua, vel quotidiam flagellationem, etiam usque ad sanguinis effusionem.

Idem cetero de eo, qui quilibet adverfa, tamquam iulte à Domino immisita, cum Job benedicendo suscepit; quilibet etiam injuries, & offensas sibi illatas ex animo dirimit, omniesque afflictiones istas aeterno Patri quotidie offert in unioni injuriarum & passionum, quas Christus sustinuit, gaudens sibi suppetere occasionem sic Christo compatendi. Sicut & de eo, qui miseriis proximi ex animo compatitur, & ut potest, charitativè succurrat, ex affectu in eo imitandi charitatem & misericordiam Christi. Telle namque Evangelio, talem erga se sentiet Deum, quem se exhibuerit erga proximum. Nec dubito, quin proxime diebus exercitus, simul sumptis, peccator, etiam enormis, paenarum omnium quas promeruit, etiam abique gravi sua carni maceratione, remissionem aliquando obtinere possit.

CAPUT CCXII.

In paenitentiam imponi potest opus alias preceptum. Etiam oratio, elemosyna, &c. pro defunctis.

²⁶⁰⁵ RATIO prioris partis est, quia opus non definitum est, vel disjunctive injungi, dicendo v.g. fac hoc, si potes; si non potes, facias istud. Sic enim Sacerdos adhuc ligat ad alterutrum. Ita S. Thomas quodlib. 3. q. 13. art. 1. ubi etiam docet, quod opus quod quis facit ex intentione Sacerdotis, dupliziter valeat paenitenti. Uno modo ex natura operis. Alter modo ex vi clavium. Cum enim sacerdotio, à Sacerdote absolvente iuranda, sit pars paenitentiae, manifestum est quid in ea operari vis clavium, ita quod amplius valet ad extirpationem.

Ffff 2